Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exin de consequentes causis eiusdem terminos semper peremptorios verae infirmitatis pro maiori minorennitate 865
Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad numimenta ad Equitorem vel aliis quibusvis dilatoribus et legalibus impedimentis non afferendo Ad quietationem vero proximos terminos officii praefati Castren Premisliensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello conventione et aliis quibuscumque iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Abrenunciat
Wlodkowa Wysoczanskie Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliens Generosa Helena Wysoczanska olim Generosi Lucae Wysoczanski cum olim Generosa Catharina Zelitowska procreata filia Generosi Nicolai Wlodek consors legitima cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et et utronico ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictionique ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsi per manus Generosi Joannis Wysoczanski fratris sui recognoscentis germani suo et Stanislai Thomae Stephani fratrum suorum nomine de bonis paternis et maternis de recognoscentis iure Divino et naturali inter alios consuccessores suos concernen sufficienter et plenarie satisfactum est ob quam plenariam pro praemissis satisfactionem et in rem dotis sui expeditionem praefato fratri abdicat abrenunciat perpetuis perpetuum ratione praemissorum imponendo silentium.

Charczowski Suskiemu Debet.

Comparens pers. Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanal Premisliens